Agaricus pedis equini facie. inst. r. h. 562.

Agaricum igniarium, agarici officinalis facie, sed non amarum superne ex albo cinereum, et glabrum inferne primum ejusdem coloris, deinde obscurum argutissime et densissime perforatum, foraminulis rotundis. Michels Novor. plant. gener. pag. 118. N. 1. ord. 2.

fungus in caudicibus nascens, unguis equini figura C. B. Pin. 372.

fungi arborei ad ellychnia J. B. 3. 840.

fungi igniarii vulgo esca. Cæsalp. 620.

fungus durus arborum sive igniarius. Park. Theat. 1323.

fungi igniarii. Trag. 943.

Boletus acaulis pulvinatus laevis, poris tenuissimis. Linn. flor. suec. p. 382. No. 1096. in betulis et aliis antiquis arboribus frequens.

ACADEMIE NATIONALE DE MEDECINE

ARC 58 n° 68 e

é. Cæsalpino.

igniarii sunt quibus ignem excipiunt attritu silicis vulgo esca vocatur, fungi sunt in caudicibus nascentes crassi et lati figurâ unguis equini, lignosa constant substantia, fungosâ tamen ac valde levi. ut autem promptius ignem ex silice scintillantem excipiant incoquunt in aceto, dein siccatos malleo dilatant instar corii laxi optimi. habentur e Cerro, quidam ex his apti ad cutim extergendam parte scilicet asperâ quæ infra est, ideo in tostrinis pro strigili utuntur.

é Trago. pag. 945.

Reliqua fungorum genera quæ fagis, nucibus aliisque arboribus adnascuntur, ad igniarios usus adhibentur, ignem enim quem semel conceperunt non facile relinquunt, sunt non pauci qui fungos hos ad id negotii parare norunt, decoquunt enim illos in Lixivio, et siccatos tundunt, rursusque nitro coquunt. hoc enim pacto ad concipiendum ignem aptiores redduntur, invenias qui e fungis eo quo diximus modo, paratis victum suum quæritant.

é joanne Bauhino.

ex juglandibus colliguntur fungi truncis annosis adnati, substantiâ callosâ lignosaque in ambitu et fibris rectis contexta, in meditullio molliore in quâ (si recte memini) vix ulla apparent fibrarum

vestigia, color foris cinereus, intus obscurior ad fuscum inclinans: præparatione autem assequuntur mollitiem illam, et vim ignium rapacem quos depopulantes ipsorum substantiam ad extremum fovent.

fungos hosce ad id negotii parare solent hoc modo decoquunt illos in Lixivio et siccatos tundunt, rursusque nitro coquunt. hoc enim pacto ad concipiendum ignem aptiores redduntur.

ACADEMIE NATIONALE DE MEDECINE

fungus maximus rotundus pulverulentus dictus germanis Pfofist. - j. B. 3. 848.
fungi rotundi orbicularis 2. species. C. B. Pin. 371. 42.
fungus cucurbitiformis, magnitudine capitis humani et ponderosus, candidusque instar nivis. Merret. Pin.
Lycoperdon alpinum maximum, cortice lacero. inst. r. h. 563.
xxvj. genus perniciosorum fungorum species iij. Clus. hist. cclxxxviij.

ACADEMIE NATIONALE DE MEDECINE

e Raii synopsi methodica stirpium Britannicarum pag. 27. edit. 3.ª

caput humanum magnitudine interdum aequat: — ima ejus pars substantia constat cohaerente sed rara — fungorum eorum quos excipiendis silice chalybeque excussis scintillis praeparatos vendunt. haec substantia vulneribus ubi siccata fuit, imponi solet pro sanguinis fluxu cohibando.

e Joanne Bauhino. p. 848. Tom. 3.

sunt qui pro certo asserant vetustiores et jam justam maturitatem transcendentes, praestare ad compescendas sanguinis eruptiones etiam — periculosissimas, quo et ipsi multorum cum praesenti salute usi sumus, in eo ipso casu —

e caroli clusii hist. rarior. Plant. libro de fungis. pag. cclxxxviij.

excrescit haec interdum in follis pugillatorii quem vulgo Ballonum appellant amplitudinem; eam exsiccatam et omni pulvere quem continebat vacuam adservare

ARC 53 n°68

solent tonsores, illaque uti ad sanguinis fluxum in vulneribus restinguendum: quam ~~[illegible]~~ ob causam, in suis officinis pensilem cor habere plerumque, etiam in germania, multis locis observabam.

———